

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

5. De caritate qua flagrare debet sacerdos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

520 MEDITATIONES DE

obieqtanti, vt hoc tempore sit, scripteurz
testimonia? Vnde Chrysostomus scribit
sacerdotē in omnibus debere esse sapien-
tissimum, & mille instructum oculis, vt
non solum sibi sed etiam toti populo ser-
uiat. Deusverō apud Osee prophetā com-
minatur repulsam a dignitate sacerdotii

Ose. 4. imperitis. *Quia*, inquit, *tu scientiam repul-
sti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.*
& B. Paulus, *Qui autem ignorat, nempe ea*

1. Cor. quæ scire tenetur, ignorabitur. nempe ea
14. die iudicii, cum dicetur. *Nescio vos.*

M E D I T A T I O V.

Decaritate, qua flagrare debet sacerdos.

I. C O N S I D E R A sacerdotem nulla ma-
gis virtute, quā caritate debere fla-
grare, tū quia fides, spes; aliaque virtutes
1. Cor. omnes, teste Apostolo, sine illa nihil pro-
funt; tum quia officium sacerdotis vel pa-
storis, tā ratione potestatis, ordinis, vi-
gnè conficiat & administret sacramenta,
quam iurisdictionis, quatenus curam ani-
marum habet, id omnino postulet. no-
ta typum huius gestisse veteis testamenti
sacerdotes, quorum functio erat igne-

Leu. 6. crū quotidie in altari souere. *Quid com-
alind*



DE
scripteurz
as scribit
e sapien-
tia, ut
pulo ser-
etā com-
acerdotii
um repul-
aris mihi.
nempea
nempea
s.
V.
Cacerdos,
ulla ma-
bere fla-
vircutes
ibil pro-
is vel pa-
nis, ut di-
amenta,
ram ani-
et. i. no-
tamenti
igne la-
id enim
alio

SACRO SACERDOTIO. 521

aliud ignis ille designat nisi sacram Eu-
charistiam , Deum & hominem in se sub
specie panis & vini continētem ? Deus au- *Deut.*
tem ignis consumens est , quem sacerdotes 4.
nostrī non solum quotidie conseruāt , sed
etiam conficiunt. Deinde vestiti esse de-
bebant cocco bis tincto, ut indicaretur sa-
cerdotē debere dupli caritate flagrare,
in Deum scilicet & proximum.

CONSIDERA Christum sacerdotum 2.
secundum ordinem Melchisedech princi- *Psal.*
pem, cuius vices obeūt omnes sacerdotes 109.
nostrī in consecrādo corpore, ut diximus,
Christi, dum aiunt , *Hoc est corpus meum,*
maxime declarasse caritatē erga nos cum
instituit Apostolos in sacerdotes Nam B.
Ioānes de extrema cœna aucturus præmit-
tit, quod *in finem dilexerit illos.* Deinde ex *Ioa. 13.*
mero in eos amore instituit S Eucharistiā,
id est, excogitauit modum, quo perpetuo
nobiscum realiter maneret. Adhac longum
habuit sermonem de nouo mādato
caritatis. Postremo, ex nimio amore san-
guinē suum pro nobis profudit *M siorem Ioa. 15.*
enim caritatem nemo habet, inquit ipse,
quam si animam quis ponat pro amicis suis.

CONSIDERA quod Christus institu- 3.
turus principem Sacerdotum & Pastorū *Ioa. 21.*

Kk 5 Petrum

§22 MEDITATIONES DE

Petrum, de caritate tantum, cum percutiatus est. Simon diligis me plus his. Et ille tandem respondit. Domine, tu sis, quia amo te. Christus vero Pasce ergo oves meas, indicas ad pascendas doctrina & exemplo oves, & ad gubernandam Ecclesiam, maxime opus esse ardenti caritate in Deum, & priori-

Eu. 15. mum. Vere siquidem pastoris est, oue perdita requirere, & inuentâ relictis licet 99, ouibus, humeris sublatam in ouile porta-

Io. 10. re. Eiusdē est adueniente lupo, & persecutio exorta, nō cum mercenario, qui nō est pastor, fugere, sed animam ponere pro ouibus. Eius est cognoscere omnes oves, easq; exemplo vitae sanctæ præcedere, efficereq; ut se suamque doctrinam & vitam sequantur, q; non facile impetrabit, nisi multis beneficiis, & amoris indiciis eas subdeuinciat, ac tandem clave sua cœlesti, quam accepit, regnum cœlorū illis aperiat.

MEDITATIO VI

De humilitate sacerdoti necessaria.

¶. Rom. 38. ad pop. **C**ONSIDER A humilitatem esse omnium virtutum fundamentum, ac imprimis teste Chrysostomo, officii sacerdotalis, & ideo ea quoque excellere debere sacerdos tes. Vt